



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1858**

CXXXV. Die Stadt Stendal verpflichtet sich, bei dem Zweifel, welcher Parthei sie im Kriege des Markgrafen Ludwig von Brandenburg mit dem Herzog Otto von Braunschweig Beistand zu leisten habe, nach ...

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54890](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54890)

CXXXIII. Markgraf Ludwig verleiht einem Bürger Stendal's eine Rente aus der dortigen Münze, i. J. 1340.

Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XL<sup>o</sup>. contulimus et presentibus conferimus discreto viro Lentzino renthen suisque veris et legitimis heredibus, II frusta annue deriuacionis sue pensionis in moneta ciuitatis nostre Stendal perpetue quiete et pacifice possidenda. Approbamus eciam collacionem per nos in eisdem redditibus sibi tempore, dum primum partes marchie, videlicet terre nostre, attingimus (sic), rite factam.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arnemburg No. LXXIII.

CXXXIV. Markgraf Ludwig genehmigt die mit Stendal und den Utmärtschen Städten von seinen Secretairen eingegangenen Verträge, am 13. Mai 1343.

Ludovicus, dei gratia Brandinburgensis et Lusatie Marchio, Comes palatinus Rheni, Bauarie et Carinthie Dux sacrique romani imperii Archicamerarius, prudentibus et discretis viris consulibus ciuitatis Stendal, fidelibus sibi dilectis, gratiam suam et omne bonum. Placitorum terminos super quibusdam causis, vt nostis, nostri nomine per Secretarios nostros vobiscum initos, attemptatos et terminatos, ratos et gratos tenere volumus et inuiolabiles obseruare, Volentes ciuitates nostras antique Marchie ipsarumque inhabitatores singulos et uniuersos prenotatis placitis frui et gaudere si voluerint insertos fore beneuolentius et inclusos. In cuius rei testimonium presentes dari fecimus sigilli nostri appensi munimine firmiter communitas. Datum Spandow, anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. quadragesimo tertio, feria tertia post Dominicam Cantate.

Nach dem Originale des Stend. Rathesarchiues No. 73.

CXXXV. Die Stadt Stendal verpflichtet sich, bei dem Zweifel, welcher Parthei sie im Kriege des Markgrafen Ludwig von Brandenburg mit dem Herzog Otto von Braunschweig Beistand zu leisten habe, nach der Entscheidung des Kaisers sich zu richten, am 30. Mai 1343.

Nos Consules in Stendal in presentibus recognoscimus et protestamur, Quod dominus noster Ludovicus, marchio brandenburgensis, princeps Illustris, per omagium sibi ut vero domino nostro hereditario per nos factum et Juratum, nos monuit et requisuit, Quatenus in discordia et in gwerra, quam habet cum domino nostro duce Brunswicensi, Illustri principe, contra eundem dominum nostrum ducem Brunswicensem adiutorium sibi prestaremus, quemadmodum nostrum deceret honorem. Similiter idem dominus noster dux Brunswicensis, princeps illustris,

cui ad mandatum domini nostri gloriosissimi principis domini Ludovici, Romani Imperatoris, et ad mandatum predicti domini nostri Ludovici, marchionis brandenburgeris, omagium ad vitam suam fecimus et iuravimus, qui nunc nos in sua habet possessione, per idem omagium sibi per nos factum et iuratum eiam nos in adiutorium contra predictum dominum nostrum Ludovicum, marchionem brandenburgeris, sub debito nostri honoris seriose nimis requisivit. Nos vero, cui predictorum dominorum nostrorum principum ex debito honoris nostri et de iure adiutorium facere debeamus Ignorantes, volumus informati a prouido consilio domini nostri Ludovici, marchionis brandenburgeris, predicti maiestatem et curiam gloriosissimi domini nostri Ludovici, Romani Imperatoris, visitare pro iure et honore nostro audiendo, Ita, quicquid in premisis, videlicet vtrum domino nostro duci Brunfwicensi adiutorium in gwerra stante inter ipsos nunc et deinceps facere debeamus, in curia domini nostri Ludovici, Romani Imperatoris, et in suis apertis litteris nobis pronuntiatum, scriptum et sigillatum fuerit, quod in premisis de iure et ex debito nostri honoris facere debeamus, hoc in presentibus facere promittimus bona fide. In cuius etc. Sub anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XLIII<sup>o</sup>. feria sexta ante festum Penthecostes.

Nach dem Copialbuche Imperium Ludovici Imperatoris des Königl. Geh. Staatsarchives Nr. XXIII.

CXXXVI. Markgraf Ludwig verzeignet einem Altare in der St. Jacobi-Kirche zu Stendal Gebungen aus Ostherren, Steinsfeld und Ostinsel, am 30. Mai 1343.

Nouerint etc. Quod nos etc. Diuine remunerationis et consideracionis intuitu, ad instantem requisicionem prudentum virorum ciuitatis nostre Stendal scabinorum, quos singulari fauore prosequimur, altari beate marie virginis, katherine et beatorum trium regum magorum, in ecclesia parochiali sancti Jacobi ciuitatis nostre predictae siti, octo frusta annuorum reddituum, quorum quatuor frusta, videlicet vnum talentum denariorum Brandenburgeris, super agro, qui vulgariter morgenlant dicitur in villa Ostherren dicta in curia Johannis Angermundis, et III chori dari frumenti, medietatem siliginis et medietatem ordei, siti sunt cum iudicio supremo et infimo eiusdem curie infra sepes et eiam cum libertate pre seruiciis curruum et precariis quibuscunque eiusdem curie, nec non in villa Ostinsel dicta III choros annone et in villa Steynuelde in curia . . . dicta Calue vnum chorum annone, sitos, appropriauimus et appropriare presentibus decreuimus cum singulis et vniuersis iuribus, libertatibus, honoribus et commoditatibus et graciis, quibus prenotatos redditus Nobilis vir Johannes de Buch, sincere nobis dilectus, a nobis tenuit et possedit, in antea sine inquietacione qualibet ad predictum altare perpetue pertinendos, Renunciantes omni iuri, actioni, impeticioni ac proprietatibus quibuscunque pro nobis heredibus et successoribus nostris, que nobis in premisis competebant vel competere (poterunt) aliquantulum in futurum. In cuius etc. Testes dux de decka, Comes de Swarchburg, Henricus de Rylach, curie nostre magister, Otto de Helbe cum ceteris. Datum selufen, anno M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XLIII<sup>o</sup>. an dem Vridage vor dem Heyligen pingstage.

Nach dem Copialbuche der Begtei Arnburg Nr. LXXXIV. — Das im Pfarrarchive der Jacobikirche noch erhaltene, nachträglich mit dieser Abschrift verglichene Original stimmt im Wesentlichen überein bis auf den Schluß: Testes vero. huius